Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Libro quinto [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

De ſardinia copioſe dicta videre poteris:
Ca.xix.de alpibus & incolis & accolis earum.
Et hec de libro tertio.

Liber quartus de aliis gentibus Europe portubus fluminibus & populis proſequitur.

Ca.xii. De montibus & regionibus aquilonis.

Ad aquilonem Riphei montes pars mundi dãnata a natura rerum. & denſa merſa caligine. Pone eos mõtes vltraq; aquilonem gens felix (ſi credimus) quos hiperboreos appellant. Annoſo degit euo. Fabuloſis celebrata miraculis. Regio aprica. Felici temperie. omni afflatu noxio carens. Viritim gregatimq; diſcordia ignota. Et egritudo omnis mors: non niſi ſacietate vite epulatis: delibutiſq; ſenibus luxu: ex quadam rupe in mare ſalientibus. Hoc genus ſepulture beatiſſimum.

Ca.xvi De britamnia inſula. & vbi candidum plumbum atq; electrum.

Hec inter ſeptemtrionem & occidentem iacet: germanie galie hiſpanie multo maximis europe partibus magno interuallo aduerſa. Verſus germanicum mare: Sparſe& Gelaſarie ſunt: quas electridas greci appellauere: ꝙ ibi electrum naſceretur. A britania introrſus ſex dierum nauigatione ab eſſe inſulam Mitherim in qua candidum plumbum proueniat. Ad eam britannos vitilibus nauigiis corio circũſutis nauigare.

Hec de libro quarto in quo videbis
ſi libeat: de Gallia germania. Luſitania.
Et inſulis oceani Et earum ſitu prolixe.
Et in ca. vltimo: tocius europe longitudinem & latitudinem inuenies.

Libro quinto agitur de prouinciis fluminibus & populis affricanis meridianis & adiacẽtibus. Et parte aſie De Ethiopidus. Et de aſia. Et inſulis affrice & aſie & cetera. vide ibi copioſe tractata.

Capitulum primum.

Pleriq; fallaciſſimo experimento deprehenduntur: quia dignitate inueſtigare vera pigeat: ignorantie pudore: mentiri non pigeat. Haud alio fidei proniore lapſu: ꝙ vbi falſe rei grauis auctor exiſtit.

Ca.v. De affricanis. Et vbi carbũculus inuenitur.

Domos ſale e montibus in affrica exciſo conſtruunt. Ab his ad trogloditas hiberni occaſus plaga dierum quattuor iter. cum quibus commercium gemme tantum quam carbunculũ vocamus ex

ethiopia vecte. Ca.viii. De ethiopia.

Homerus bipartitos tradit ethiopas. ad orientē occaſumq; verſos.
Nigri fluuio eadem natura que & nilo. Calamum & papirum & eaſ
dem gignit animantes, iſdemq; temporibus augeſcit.
Athlantes iuxta eos degeneres ſunt humani ritus . Si credimus.
Nam neq; omniū vlloruz inter eos appellatio eſt. Et ſolem orientē
occidentēq; dira imprecatione cōtuentur vt excicialē ipſis agriſq;.
Troglodite ſpecus excauant. He illis domus. Victus ſerpentium
carnes. ſtridorq; non vox: adeo ſermonis cōmertio carent.

Ca.ix. De nilo.

Nilus incertis ortus fontibus vt per deſerta immēſe longitudinis
ſpacio ambulans: famaq; tantū inermi q̄ſita cognitus ſine bellis: q̄
ceteras oēs terras inuenere: originez (vt iuba rex potuit exquirere)
in mōte īferioris mauritanie nō procul occeano habet: lacu ꝓtinus
ſtagnāte. Ibi piſces reperiūtur alabete. Coracini. ſiluri. Cocodrilus
quoq;. Inde ob argumentuz hoc ceſaree ortus creditur. Preterea ob
ſeruatū eſt prout ī mauritania niues imbres ve ſaciauerūt: Ita Nilū
increſcere ex hoc lacu. Rurſus indignatur fluere p arenoſa. & ſqua-
lencia. Conditq; ſe aliquot dierū itinere. Mox alio lacu maiore in
ceſarienſis mauritanie gente: Maſeſilū erumpit. & hominū cetus
veluti circūſpicit: Iſdē animaliū argumentis. Iterū arenis recept⁹:
conditur rurſus viginti dierū deſertis ad ꝓximos ethiopas. Atq;
vbi iterū ſenſerit hominē: ꝓſilit: fonte vt veriſſimile eſt illo quem
Nigrin vocauere. Inde affricā ab ethiopia diſſipans. Et ſi nō proti-
nus populis: feris tamē & beluis frequēs. ſiluarūq; opifex medios
ethiopas ſecat: Cognoīatus aſtapus: quod illarū gentiū lingua ſi
gnificat: aquā e tenebris ꝓfluentē. inſulas ita innumeras ſpargit:
quaſdāq; tante magnitudinis (q̄q̄ rapida celeritate) vt tū dieruz. v.
curſu: non breuiore tranſuolet. Circa clariſſimā. Meroen nec ante
nilus vocatur q̄ ſe totū aquis concordibus rurſus iunxit. Sic quoq;
etiānum gyriſantes per aliquod noīatus millia. Poſtremo incluſus
mōtibus nec alibi torrētior vectus aquis ꝓperātibus: ad locū ethio
pum qui cathadupi vocatur. Nouiſſime inter occurſantes ſcopulos
non fluere: imenſo fragore creditur: ſed ruere. Poſtea leuis & con-
fractis aquis domitaq; violentia: alioquin & ſpacio feſſus: multis
q̄uis faucibus in egiptium mare ſe euomit. Certis tamē diebus au
ctu magno per totā ſpaciatus egiptū: fecundus innatat terre.
Cauſas huius incremēti varias prodidere. ſed maxime ꝓbabiles:
etheſiarū eo tempore ex aduerſo flanciū repcuſſu vltro in ora acto
mari aut imbres ethiopie eſtiuos iſdē etheſiis nubila eo ferētibus

orbe e reliquo. Alias tangit opiniones de nili inundudatione minus probabiles.

Liber ſextus continet alios meridianos populos regiones & iſulas. Ca. xxii. de tāprobane meridionali iſula.

Tāprobanē alterū orbē terrarū eſſe diu exiſtimatū eſt Vt liq̄ret inſulā eē: alexādri magni etas reſq; p̄ſtitere Oneſicrit⁹ claſſis eius p̄fect⁹ elefātos ibi maiores bellicoſioreſq; : q̄ in idia gigni ſcripſit. Auri margaritarūq; grandiū fertilioreſq; q̄ indos. Eratoſtenes & menſurā ꝓdidit longitudinis. vii. M. ſtadiorū: latitudinis. v. M. Nec vrbes eſſe ſed vicos ſeptingentos. Incipit ab eoo mari: iter ortuʒ occaſūq; ſolis indie. p̄tenta et quondā credita. xx. dierū nauigatione: a praſiana gēte diſtare. Mox quia papiraceis nauibus armat mētiſq; nili peteret: ad noſtrarum nauiū curſus ſeptē dierū interuallo taxato. Mare irereſt vadoſum ſeptē non āplius altitudinis paſſibus ſed certis canalib⁹ adeo profundū: vt valle anchore ſidāt. Ob id nauibus vtrinq; ꝓre: ne per anguſtias aluei circūagi ſit neceſſe. Sideꝝ in nauigando nulla obſeruatio. Septētrio non cernit. Volucres ſecuʒ ferunt emictētes ſepius: Meatūq; earum terras petentiū comitātur. Nec pluſq̄ ternis mēſibus anno nauigant. Hacten⁹ a priſcis memorata. Nobis diligētior noticia. Claudii principatu cōtigit: legatis etiā ex iſula aduectis. Hoc accidit modo. Plocanii qui maris rubri vectigal a fiſco redemerat libertus: circa arabiā nauigans: aquilonibus rapt⁹ preter Carmaniā. xv. die hiſpuros portuʒ eius inuectus: hoſpitali regis clementia ſex menſiuʒ tēpore imbutus alloquio. Per cōtanti poſtea enarrauit ceſarē & romanos mirum in modum inauditos iuſticia. Ille ſuſpexit ꝙ pares pondere denarii eſſent in pecunia: cum imagines diuerſe indicarēt a pluribus factos. Et hoc maxime ſollicitatus ad amicitiam: legatos quattuor miſit.

Septētriones vergiliaſq; apud nos eſſe veluti nouo celo mirabant. Lunā quidē apud ipſos: nō niſi ab octaua ad quindecimā ſupra terram aſpici fatētes. Canopū lucere noctibus ſidus ingēs. Sed maxime mirum his erat: vmbras ſuas in noſtrum celum cadere non in ſuū. ſolemq; a leua oriri & in dextra occidere: potiuſq̄ e diuerſo.

Idē narrauere. x. M. ſtadiorū ab oriēte hiberno vltra mōtes emodos: Cōmeaſſe eo feros: hominū magnitudinē excedētes: rutilis comis: ceruleis oculis: oris ſono truci: nulli cōmercio lingue. Ceterum vt noſtri negotiatores. fluminis vlteriore ripa: merces poſitas. iuxta venalia tolli ab his: ſi placet ꝑmutatio. Edificia ab humo modice extātia. Annonā nunq̄ augeri. Nō fora lites ve eē. Coli

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg